Videtur autem omne laudabile propterea laudari, quia qualitate aliqua præditum eſt, & ad aliquid quodam modo refertur; iuſtum enim & fortem, & omnino bonum virum quinetiam virtutem ob actiones & opera ſolemus laudare: robuſtum quoque, & curſui habilem, & vnumquenque ex aliis, non alia de cauſa, quàm quòd qualitate quadam præditi ſunt, & ad bonum quoddam, honeſtúmque quodam modo ſe habent. Atque hoc ex Deorum laudibus perſpicuum eſt: nam cùm ad nos referuntur, ridiculi videntur. id autem contingit ex eo quòd laudes per relationem, vt diximus, efficiuntur. At ſi talium eſt laus, optimorum ſanè nullam eſſe laudem conſtat, ſed maius quiddam ac melius quemadmodum videtur. Deos enim beatos ac fœlices dicimus, beatos item dicimus viros eos, qui maximè diuini ſunt. Simili modo etiam bona, nemo enim fœlicitatem laudat, quemadmodum iuſtitiam: ſed vt diuinius quid ac melius, beatam rem dicit, ac prædicat. Rectè etiam videtur Eudoxus in defenſione voluptatis principatū ei attribuere, ex eo enim quod nō laudatur, cùm bonum ſit, indicari exiſtimabat eam rebus laudabilibus eſſe pręſtatiorem, talem autem eſſe Deum, & bonum ipſum cenſebat: quippe cùm ad hæc reliqua etiam referantur. Laus enim virtutis eſt. Idonei enim ad honeſtas res agendas ex ea efficiuntur. Commendationes verò operum ſunt, tam animæ, quàm corporis ſimili modo. Verùm hæc exactè tractare forſitan eorum magis eſt, quorum labor in laudationibus conficiendis verſatur. nobis verò ſatis id eſſe debet, quòd ex his quæ diximus ex honorabilibus perfectíſque rebus eſſe felicitatem conſtat. Videtur autem & ex eo ita ſe habere, quia principium eſt: huius enim gratia reliqua omnia omnes agimus, principium verò & cauſam bonorum honorabile quoddam ac diuinum ſtatuimus.

CAPVT XIII.

QVoniam igitur felicitas, animæ per virtutem perfectam operatio quædā eſt: de virtute cōſiderandū videtur, hoc enim modo fortaſſe efficietur, vt melius de felicitate etiam contemplemur. Videtur autem & is qui re vera ciuilis eſt, circa hanc maximè laborare, propoſitum enim eius eſt, vt ciues bonos, legibúſque obtemperantes efficiat. Atque huiuſce rei argumentum, tam Cretenſium, quàm Lacedæmoniorum legiſlatores habemus: &

A φαίνεται δὴ πᾶν τὸ ἐπαινετὸν τῷ ποιόν τι εἶναι, καὶ πρός τί πως ἔχειν, ἐπαινεῖσθαι. τὸν γὰρ δίκαιον, καὶ τὸν ἀνδρεῖον, καὶ ὅλως τὸν ἀγαθὸν, καὶ τὴν ἀρετὴν ἐπαινοῦμεν διὰ τὰ ἔργα καὶ τὰς πράξεις· καὶ τὸν ἰσχυρὸν, καὶ τὸν δρομικὸν, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον, τῷ ποιόν τινα πεφυκέναι, καὶ ἔχειν πὼς πρὸς ἀγαθόν τι καὶ σπουδαῖον. δῆλον δὲ τοῦτο καὶ
B ἐκ τῶν περὶ τοὺς θεοὺς ἐπαίνων. γελοῖοι γὰρ φαίνονται πρὸς ἡμᾶς ἀναφερόμενοι· τοῦτο δὲ συμβαίνει διὰ τὸ γίνεσθαι τοὺς ἐπαίνους δι' ἀναφορᾶς, ὥσπερ εἴπομεν. εἰ δ' ἐστὶν ὁ ἔπαινος τῶν τοιούτων, δῆλον ὅτι τῶν ἀρίστων οὐκ ἔστιν ἔπαινος· ἀλλὰ μεῖζόν τι καὶ βέλτιον, καθάπερ καὶ φαίνεται. τούς τε γὰρ θεοὺς μακαρίζομεν καὶ εὐδαιμονίζομεν· καὶ τῶν ἀνδρῶν τοὺς
C θειοτάτους μακαρίζομεν· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἀγαθῶν· οὐδεὶς γὰρ τὴν εὐδαιμονίαν ἐπαινεῖ, καθάπερ τὸ δίκαιον, ἀλλ' ὡς θειότερόν τι καὶ βέλτιον μακαρίζει. δοκεῖ δὲ καὶ Εὔδοξος καλῶς συνηγορῆσαι περὶ τῶν ἀριστείων τῇ ἡδονῇ· τὸ γὰρ μὴ ἐπαινεῖσθαι τῶν ἀγαθῶν οὖσαν, μηνύειν ᾤετο ὅτι κρεῖττόν ἐστι τῶν ἐπαινετῶν· τοιοῦτον δὲ εἶναι τὸν
D θεὸν καὶ τἀγαθόν· πρὸς ταῦτα γὰρ καὶ τἆλλα ἀναφέρεσθαι· ὁ μὲν γὰρ ἔπαινος τῆς ἀρετῆς. πρακτικοὶ γὰρ τῶν καλῶν ἀπὸ ταύτης· τὰ δὲ ἐγκώμια τῶν ἔργων· ὁμοίως καὶ τῶν σωματικῶν καὶ τῶν ψυχικῶν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως οἰκειότερον ἐξακριβοῦν τοῖς περὶ τὰ ἐγκώμια πεπονημένοις. ἡμῖν δὲ δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία, τῶν τιμίων καὶ τελείων. ἔοικε δ' οὕτως ἔχειν, καὶ διὰ
E τὸ εἶναι ἀρχήν· ταύτης γὰρ χάριν τὰ λοιπὰ πάντες πάντα πράττομεν· τὴν ἀρχὴν δὲ καὶ τὸ αἴτιον τῶν ἀγαθῶν, τίμιόν τι καὶ θεῖον τίθεμεν.

Κεφάλαιον ιγ.

Ἐπεὶ δ' ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία ψυχῆς ἐνέργειά τις κατ' ἀρετὴν τελείαν, περὶ ἀρετῆς ἐπισκεπτέον· τάχα γὰρ οὕτως ἂν βέλτιον καὶ
F περὶ τῆς εὐδαιμονίας θεωρήσαιμεν. δοκεῖ δὲ καὶ ὁ κατ' ἀλήθειαν πολιτικὸς, περὶ ταύτην μάλιστα πεπονῆσθαι· βούλεται γὰρ τοὺς πολίτας ἀγαθοὺς ποιεῖν, καὶ τῶν νόμων ὑπηκόους. παράδειγμα δὲ τούτων ἔχομεν, τοὺς Κρητῶν καὶ Λακεδαιμονίων νομοθέτας, καὶ